



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Vt tinea, quæ capillos sescant tollantur. Cap. VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

*Vt tineæ, quæ capillos secant, tollantur.* CAP. VI.

**E**ST quædam capillorum pestis, quæ eos inuadent, atterit, secat, vt eis caput viduet: remedia, quibus ea tollatur, protinus iungam. Salutare erit circa hos effectus amara medicamenta adiungere, vt tineæ, vel sirenes dicti trucidentur. Accipe flores myrti, genestæ, & gallitrici, coquantur in aceto, vsq; ad aceti consummationem, & inde extrema capillorum assidue fricentur. Item lupini amari in tenuem pollinem redigantur, aceto bulliant, & inde intra manus capilli fricentur: hoc enim sirenes occidit, expellitque. Nos tamen vsi sumus pane calidissimo, vt ex furno extracto per medium diuiso, & appositis in medio capillis, vsque donec refrigerentur.

*Quomodo capilli fiant crispi.* CAP. VII.

**N**ON parum decoris, & ornamenti capillus crispus capiti addere videtur, & mulieres, quæ fuculentæ indulgent, non parum satagunt, vt eis crispetur capillus. Si scire igitur vis

*Capilli crispi vt fiant.*

Adiantum coquatur cum semine apij in vino, adiecto copiosè oleo, nam crispum, densumque, facit capillum, ex Plinio. Præterea si raso capiti asphodeli radices in vino iteres, & hoc frequenter infundes, crispiorem capillum fieri idem tradit. Vel teratur radix ebuli cum oleo, inde caput vngatur, & cum eisdem folijs superligetur caput. Cameli hmi cinere crispari capillum dicunt. Vel cornu arietis cinis cum oleo conteratur, atq; deinde dera sum caput frequenter vngatur. Sic etiam castaneatum, & echinorum cinis dera so capiti ex melle litus.

*De calliblepharis.* CAP. VIII.

**P**RIVS QVAM à crinium narratione manum amoueamus, quomodo nigrum præparare debemus ad supercilia tingenda, subiungemus: quoniam non segnius mulierum cura in his, quam in reliquis fuerit. Græci calliblephara vocant, quasi pulchra cilia. Antiquitas ergo

*ad tin.*